



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

Titulus IV. Ne Prælati Vices suas sub annuo censu concedant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

*factores, de Foro compet. & Panormit. in c. cit. n. 20. docent Decianus Tract. Criminal. Lib. 5. cap. 86. n. 4. Delbene de Immunit. cap. 10. dub. 2. n. 1. & cit. Pirghing n. 142. Ratio est; quod Simoniae causae spiritualis & Ecclesiasticae sint, cum Simonia, haeresis criminis instar, ex Divino & Ecclesiastico Jure descendat; ejus que causa secundum utrumque hoc Ius, & non secundum legales sanctiones, sint definienda: spiritualium autem & Ecclesiasticarum causalium cognitio definitio que competit judici Ecclesiastico, non Seculari, c. Decernimus 2. de Judiciis c. Si iudex 12. ibi, Quia de re Ecclesiastica & spirituali est, de Sent. Excom. in 6. Ec. 106. Neque id solum, cum de Simonia Iuris, sed etiam, cum facti quæstio in judicium venit; cum, sicut de haeresi, sic etiam de*

Simonia quoque mota facti quæstio feret Juris, & ex Divino atque Ecclesiastico Jure decidendam, questionem involvat: Facti autem quæstionis, de re spirituali aut huic annexa in judicium deductæ, cognitio, quæstio quæstio Juris involvitur, Curia sive judicis Ecclesiastici propria sit, per tradita Lib. 2. Tit. 10. n. 1.

Quod tamen non obstante, laicum, si-  
cudit de Haereticos, iuxta dicenda Tit. 7. n.  
37. sic etiam de Simonia crimen à judice  
Ecclesiastico per sententiam condemnatum: & cum ejus crimen notorium est,  
puniri etiam à judice Seculari posse, cum  
Imola in c. Quam sit cit. n. 8. notat Fe-  
linus in c. cit. n. 5. ut hōc latenter casu e-  
jus punitionem Mixti fori esse, non male  
asserat Barbola in c. cit. n. 8.



## TITULUS IV.

### Ne Prælati Vices suas sub annuo Cen- su concedant,

#### S U M M A R I U M.

1. Ratio Ordinæ.
2. Spiritualia iurisdictio materia est Simoniæ.
3. Unde nec vendi,
4. Nec pro annuo censu locari,
5. Vel concedi aut remitti potest;
6. Neque etiam conceditur in Curia Ro-  
mana.

I. **G**enerali Simoniae explicationi, traditæ ad præcedentem, ad hanc & proximè sequentem Rubricam subjiciuntur duæ sa-

tis celebres ejus species: quarum altera Ecclesiastica Jurisdictionis: altera do-  
cendi Licentia concessionem committi po-  
test. De priori

Certum est, Prælaturas, dignitates & beneficia Ecclesiastica materiam Simoniæ potissimum esse ratione spiritualis officii sive jurisdictionis, potestatis & ad-  
ministrationis, Ecclesiistarum & animarum regimen, uti & spiritualium & Ecclesiasticarum causalium in externo Fori, vel Poli, sive conscientia interno foro cogni-  
tionem definitionemque spectantis: eam-  
que ob causam pretio assumari aut com-  
parari

parati nequit, quin contrahatur labes Simoniæ, juxta tradita ad Rubr. præcedentem à n. 45. Unde pariter

3. Certum videri potest, multò mindū, quām ipsas ejusmodi Prælaturas, dignitates ac beneficia, sicut vendi, sic etiam sub anno censu concedi ac locari posse ipsum regimen Ecclesiæ & animarum, jürisdictionem & administrationem Ecclesiasticam, Prælatorum vice exercendam: de quo tamen ambigendi non levis momenti & una tantum ratio occurrit.

Et primam quidem offert decisiō c. fin. quā Ecclesia sub anno censu ad septimum annum concessa perhibetur, ejusque conductori ante ablatæ restitutio ab Alexandro III. ei imperata.

Alteram desumitur à paritate cum jurisdictionis remissione: quam, in Ecclesiæ sive Monasteriis sibi competenter, pro annua pensione fieri ab Episcopo posse, planum est ex caſu & Rescripto Apostolico c. *Conſtitutus 6. de Religioſis domib.* Cur non etiam pro ea concedi? paria enim, quoad Simoniā, sunt remittere & dare, c. *Veniens 10. junctā Glossa V. Remittere, de Ief. Et atq. Et c. Querelam 15. de Simoniā.* Simili modō pro spirituali jurisdictione exercenda pecunia accipi potest, nec raro solet à Vicariis, c. *Extrippante 30. 5. Quia verò, de Prab. Et dignit.* Cur non etiam dari? cū pro spirituali tempore dare Simoniā non magis sit, quām accipere; quia eam spirituali venditione non minus, quām emptione committi, liquet ex ipſa Simoniæ definitione, quā Studioſa voluntas emendi aut vendendi spirituale vel spirituali annexum esse, dicitur cum S. Thoma 2. 2. q. 100. art. 1.

Postrema oritur ex non ignota praxi Curia Romanæ, in qua vendi (Cur non locari?) solent Clericatus Camera & munera ejus Auditorum, annexam haben-

tia jurisdictionem Ecclesiasticam, nomine Papæ exercendam.

Sed hæc speciosa magis, quād ad 4. propoſita locationis honestatem evineendam efficacia lunt; cū Ecclesiarum animatumq[ue] regimē & spiritualem atque Ecclesiasticam jurisdictionem sub anno censu vel pensione concedi non posse, Regulæ instar tradant prælens *Rubrica Et textus c. 1. Et c. Quoniam 2. Et 3.* illi subjecti, quibus laudatus Alexander Papa ejusmodi concessiones generatim vetat: & factas puniri jubet ademptione Ecclesiæ, sub annua pensione obtentarum. Ratio perspicua & obvia est; quia ejusmodi regimē, jurisdictione, administratio que Ecclesiæ gubernationem, administrationem Sacramentorum, & spiritualem salutem animarum, & super spirituilibus aut spirituali annexis, vg. matrimoniis, beneficiis, decimis, jure patronatus &c. motarum cauilarum cognitionem spectat; eānque ob causam pro re temporali concedi nequit, iuxta dicta Tit. præcedentia n. 45. Accedit quod cujuscunque, etiam prophanae ac secularis, jurisdictionis venditiō locatiōque redundet in gravamen subditorum, & judiciorum perversiōne, c. *Quoniam 2. in fine*, cū ejus emptores & conductores magis solliciti sint, ut pecuniā datam cum suclario à litigantibus & delinquentibus extortam recuperent, quād ut his tribuant jus, aut Republicam nocentibus purgent, Hostiens. in *Summa*, bā *Rubr. n. 1.* & Gonzalez inc. *Quoniam 3. n. 4.*

Neque pro Ecclesiastica jurisdictionis locatione facit decisiō c. fin. cit. quia isto non agitur de locatione ipsius Ecclesiæ, sive Prælaturæ vel beneficii Ecclesiastici, eisve annexa jurisdictionis & administrationis; sed tractuum duntaxat & obventionum, ut cum Glossa V. Ecclesiæ, advertit Wagnereck Not. 1. quorum & ipso-

I 2 rum præ-

rum prædiorum, ex quibus proveniunt, locationem ad modicum tempus Gregorianarum Decretalium antiquo Jure permisam, patet ex c. *Ad audientiam* g. de *Reb. Eccles. alien. & traditis c. Vestra* 2. *de Locato, & ad hanc Rubric. n. 6.*

5. Minus urget paritas cum jurisdictionis remissione; cum etiam pro ista, sive pro indulcta exemptionis privilegio, premium exigi aut accipi non possit, & contrarium perperam defumatur ex c. *Constitutus cit.* quia in istius c. casu penitus sive census annuus, non tanquam premium & ultimatio remissæ jurisdictionis, sed in istius, sive præterita subjectionis recognitionem & concessæ libertatis signum est referatus, juxta c. *Recepimus* 8. *de Privileg. Glosa in c. Constitutus cit. V. Recompensatio in fine, Panormit. in c. cit. n. 17. & Suarez de Simonia cap. 24. n. 37.*

Simili modo Vicarii pecuniam sive salario non recipiunt tanquam premium sive compensationem exerciti jurisdictionis, sed ut stipendum congrua fibi que debita sustentationis, can. *Charitatem*

tem, 12. q. 2. c. *Pervenit* 28. *de Appellat. & c. De Recloribus* 3. *de Clerico agrot.* ne cogantur propriis stipendiis militare contra textum c. *Cum secundum* 16. *de Præb. & dignit. & Apostolum* 1. *Corinth. cap. 9. V. 7. Gonzalez in c. cit. n. 5.*

Difficilior in speciem est praxis Curia G.

Apostolica. Sed in speciem duntaxat, quia in Clericatu Cameræ & Auditorum munere discrimen faciendum est inter jurisdictionem spiritualem & emolummentum temporale: quorum, licet absque Simonia vitio vendi nequeat prior: neque etiam posterius, quatenus priori sive jurisdictioni est coniunctum, can. *Si quis obsecrerit, t. q. 3.* vendi tamen à Papa illud potest, secundum se & nudè spectatum, sive quatenus ab illa est præcium, arg. c. fin. sicut in beneficio sine labore vendi possent fructus: & hos etiam percipiendi jus, si Apostolicâ (non inferiori) autoritate à spirituali officio separatum est, Panormit. in c. cit. n. 2. *Angelus V. Simonia* 2. n. 2. *cit. Suarez cap. 20. num. 6. & Palao tract. 17. disp. 3. p. 12. n. 7.*



## TITVLVS V.

### De Magistris & ne aliquid exigatur pro Licentia docendi,

**R**ubrica inhærente & de Magistris seu Doctoribus, eorumque creatione scitu utiliora præmittere juvat resolutioni, ad præcedentem Rubricam pr. de Licentia docendi propositæ dubitationis.

#### ARTICULUS I.

### De Gradibus seu honорibus Literariis.

SUMMA.